



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

11. An mutus, & surdus possint puniri pro delicti perpetrato poena ordinaria? Et quid, si mutus, & surdis sciret scibere, an possit per iudicem cogi ad respondendum per scriptum? Et an si mutus, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Mutis, Surdis, & Cœcis Resol. IX. &c. 195

R E S O L . I X .

An mutus & surdus possint ferre testimonium?
Et quid, si mutus literas scribere sciat, an in criminalibus admittantur, & recipiantur eius testimonium? Ex p. 5. tr. 6. Rel. 32.

§. 1. Dico primò, quod mutus tantum, vel surdus super radicem in sententia, in quo non est impeditus. Dico secundò, quod mutus qui non caret intellectu, sed mentem suam mutu, & signis certis & indubitate exprimere potest: non repellitur à testificando, & hoc intelligitur in civilibus, secus autem in criminalibus, & si literas scribere sciat, admittuntur & recipiantur eius testimonium per scripturam, licet alias testes non inscripti, sed viua voce deponere debeant: & hoc omnia probata inuenies apud Farinacum q. 60. per totam, vbi ponit formam seruandam in interrogacione & responsione supradictorum.

2. Neque definam hinc apponere verba Didaci Spino in speculo rottaneri gloss. 9. rubrica, numer. 2. vbi sic ait: Mutus qui perfecte intelligit, potest esse testimoni, & eius testimonium valet. Sic gloss. in cap. testes. 3. q. 9. communiter recepta secundum ripam d. l. i. de verbis oblig. num. 37. secundum Ias. l. qui iurasse, in fine principijs, de iure iurandi. Ioan. Ignitus l. 3. s. ignoratur ad Syllanianum. Et ita tenendum, licet contraria sententiam, immo quod non possit mutus esse testimoni, tenet Ioan. Faber in §. testes. n. 3. de testam. Sed quidem falsa est eius opinio, cum mutus perfecte intelligens per signa mentis conceptum explicantia, valet eius testimonium, cum nihil referat, quomodo cumque veritas appearat, & cognoscatur, argum. c. ego solis. d. l. 9. l. nec omis. C. de liberali causa. Huc vise Spino, cui etiam addit. Doctores, quos citat & sequitur Guazzinus tom. 1. de fens. 14. c. 7. n. 3. omnino videndum.

R E S O L . X .

An mutus, surdus, & cœci, ut persona miserabilis possint formam declinare? Ex part. 5. tr. 6. Rel. 30.

Sup. hoc in
tom. 9. tr. 1.
leg. doctrin.
nam Ref.
p. 6. & 307.

§. 1. R Espondeo affirmatiuè cum docto amicissimo Nouario tract. de elec. fori sett. 2. quest. 8. n. 6. & 7. qui n. 9. docet hanc sententiam procedere in illo, qui vtroque lumine est orbatus, & plenè surdus, plenè que mutus est: & ratio est, quia, vt docet Chokier de iuri d. part. 4. q. 10. 8. & Marta de iuri d. part. 2. c. 21. n. 5. Castillo quot. contr. lib. 3. c. 21. supradicti annumerantur inter miserabiles personas, & ita hanc sententiam præter Nouarium docet etiam de cœco Thesaurus dec. 177. & alij quos citat & sequitur Didacus de Mari in addit. ad dec. 26. Gizzarelli n. 1.

R E S O L . XI .

An mutus, & surdus possint puniri pro delicto perpetrato pena ordinaria?

Et quid si mutus, & surdus sciret scribere, an possit per

In indice primo huius Tom. 8. leg. Apendicem ad hunc Tract. 9. Vbi inuenies alias multas Diffic. missas, & disperatas per alios Tom. Tract. & Res. quas simul pertinent ad hunc Tract. 9. de Mutis, Surdis, & Cœcis.

Tom. VIII.

R 2 TRACTA

Judicem cogi ad respondentum per scriptum?
Et an si mutus, & cœci confiteantur fecisse homicidium
& ex ea confessione cum testium attestacionibus dato
eis Curatore, an possint damnari? Ex p. 5. tr. 6. Rel. 31.

§. 1. D E hac questione agit Placa fusse in epome delict. lib. 1. c. 32. n. 17. Gomez de delictis c. 1. n. 69. & Farinacius in tract. crimin. q. 98. vbi si mutus & surdus intellectum habeat, ponit practicam quomodo possit per signa interrogari, quomodo Notarius debet illius mutus, actus & signa describere, & quomodo etiam dicta signa interpretari debeat per se, vel per alios interpres, qui cu[m] muto cœverationem habent. Atamen cum confessio sic signis, & nutu significata non sit tuta & clara, prout ad reum condemnandum requiritur, idcirco ex tali confessione ipsum mutum condemnari non posse aperit. vñit Bald. in l. 1. n. 27. C. de Confess. vbi magistratice, more suo, disputata materia tandem concludit, mutum & surdum non posse ex sua confessione condemnari, sed tamen ex testium depositionibus, qui ipsum plene de delicto convincent. Inde si mutus & surdus sciret scribere, posset per judicem cogi ad respondentum per scripturam, & si legitima praecedentia indicia, potest etiam torqueri, vt delictum per scripturam fateatur, & si fatebitur, & in scriptis suam redeget confessionem, videtur ex ea ipsum posse condemnari. Vide etiam Additiones ad Iulium Clarum in tract. crimin. lib. 5. 8. fin. 3. 3. lit. F. vbi habetur, quod mutus & cœci potest confiteri fecisse homicidium, & ex ea confessione cum testium attestacionibus dato ei curatore damnari, secus autem ait Baiardus quest. 60. n. 26. si constet mutum & surdum carere intellectu, tunc enim infanti equiparatur, & ideo minime puniri potest, & omnia supradicta inuenies etiam peracta non solum a Farinacio ubi fuerat, sed etiam a Sebastiano Quazzino tom. 2. de fens. 3. 2. c. 29. per totam: & tandem Gizzarelli decis. 16. n. 9. & 10. docuit, quod mutus & surdus, qui habet intellectum, quem potest saltem demonstrare signis, tunc reputatur habilis ad delinquendum, & tenebitur ex delicto, & si est legitima atatis, non dabitur curator, & quidem mutus fuit suspensus, qui fuit socius cum alio in homicidio. Ita ille. Sed quid dicendum est de cœco, infra dicemus.

Infra in Rel.
que hanc se.
questione.

R E S O L . XII .

An cœci possint torqueri & puniri pena ordinaria?
Et an cœci, surdus & mutus non possint accusare, & repelluntur ab accusando? Ex p. 5. tr. 6. Rel. 37.

§. 1. H ANC questionem latè prætractat Gizzarelli decis. 26. per totam, & negatiam sententiam docet, qui facilius excusat cœci, quam mutus & surdus, vide illum, vbi pro hac sententia multas adducit rationes, & obseruat etiam pro nostra materia in fine dictæ decisionis n. 12, quod secundum Angelum de malefic. ver. & ad querelam Titij, num. 30. cœci, surdus, & mutus non possint accusare, & repelluntur ab accusando; sed huic opinioni contentus cum distinctione Decianus in tract. crimin. 10. 1. lib. 3. c. 11. & hæc dicta sufficiant circa præsentem tractatum de mutis, surdis & cœcis. Paxit Deus, vt ad mala loquenda, audienda, & videnda nos muti, cœci, & surdi deueniamus.